



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXXXII. ad annum CCCCLI.

Parisiis, 1644

Notae Severini Binii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14584

ANNO
CHRISTI
441.

glossema sapiant, religio fuit ea retinere.

⁴ *Vel pro fundi sui negotio.*] Breuius in codice Lugdunensi, Fossatenfi, Rhemenfi, & aliis: *vel pro fundi sui, aut ecclesiastici, vel pro quacumque suorum opportunitate.*

⁵ *Imposita ab episcopo.*] Ita vetustissimi & optimi quique codices, Lugdunensis, Rhemenfis, Fossatenfis, Tilianus, & alii. Pauci recentiores, a presbytero: quod inde ortum videtur, quia viduas velare postea licuit etiam presbyteris. Gratianus & alii collectores legunt ab episcopo.

⁶ *Nouembres Luciano.*] Variant hic etiam manuscripti. Nam Fossatenfis, Tilianus, & alii quidam habent *Decembris Luciano*: Lugdunensis & Rhemenfis cum reliquis habent *Nouembris*, sed pro Luciano hic Iustiniano legit, ille Iustiano, ut statui certi nihil possit.

⁷ *Ego Constantinus.*] Lugdunensis, ut in Concilio Regensi, *Constantianus*, quomodo & alii nonnulli.

⁸ *Ceretius.*] Ita diferte Virdunensis, sicut supra in epistola ad Leonem pag. 254. Fossatenfis & Tilianus, *Caretius*. Lugdunensis *Ceresius*. Pithocæanus *Ceterius*. Rhemenfis vero, ut olim vulgati, *Casarius*.

NOTÆ SEVERINI BINII.

^a *Concilium.*] Hoc Concilio actum est de disciplina ecclesiastica, & de recipiendis variorum generum pœnitentibus; ac demum ut nullus Conuentus sine alterius futuri Conuentus denuntiatione solvatur. Appendix superaddita præscriptam formam excommunicandi & reconciliandi excommunicatum continet. Hæc Synodus, clarissimorum antistitum corona illustrata, nobilissima est. In ea quindecim episcopi Narbonensis & Lugdunensis prouinciæ suo more conuenientes, vigintinouem Canones, ad iura & disciplinam ecclesiæ spectantes, sanxerunt. Baronius anno 441. num. 3. & 17.

Acta Concilii.

Canones quot.

^b *Arausicanum.*] Arausica est ciuitas in Gallia Narbonensi, non procul Auenione, estque nobilissimo principatu insignis, alias nominatur Arausia, vulgo dicitur *Orange*. Meminit illius Plinius lib. 3. cap. 4. Ptolemæus lib. 2. cap. 10. Strabo lib. 4.

Arausica ciuitas quæ & qualis.

^c *Cyro consule.*] Recte id in Nicoloniana editione emendatum fuit. Lectio enim hæc, *Tempore Theodosii iunioris, & Cyri consulum*, quam aliquot anteriores editiones habent, plane mendosa est. Nam facti omnes & vetera monumenta, non nisi vnicum hoc anno consulem referunt.

Lectio mendosa.

^d *Leonis I. papa 2.*] Anno pontificatus illius secundo, qui est Christi nati quadringentesimus quadregesimus primus: Theodosii imperatoris trigessimus quartus, & Valentianiani, decimusseptimus. Prædicta enim tempora cum consulatu Cyri coincidunt, ut ex factis emendationibus constat.

Tempus Concilii.

^e *Hilarius.*] Inter eos qui Synodo subscripserunt, celebriores sunt, Hilarius, Eucherius, Salonius, Maximus, Constantinus & Augustalis. Quorum omnium sacra & solennis memoria anniuersaria in ecclesia colitur. Hilarius est ille celebris Arelatensis episcopus,

Hilarius Arelatensis

Concil. Tom. 7.

Nn ij

scriptorum
S. Augusti-
ni defensor.
Eucherius
Lugdunen-
sis auctor
homiliarū,
quæ hæc-
tenus sub no-
mine Eufe-
bii Emiffeni
editæ fue-
runt.

Duo Euche-
rii.

Duo Cæfa-
rii.

qui antehac presbyter, vna cum sancto Prospero Aquitano episcopo infectatus est Pelagianos; & aduersus Massilienses presbyteros, aliosque S. Augustini scripta impugnantes, strenue insurrexit. Eucherius Lugdunensis episcopus senior fuit: auctor quarumdam homiliarum Latinarum, quæ falso titulo Eusebii Emiffeni Græci & Arianæ scriptoris, hæctenus editæ fuerunt. Huius honorifice meminit Claudianus libro 2. de statu animæ. Alterius cuiusdam Eucherii Lugdunensis ecclesiæ episcopi memoria reperitur apud Cyprianum in vita Cæsarii apud Surium, qui cum eodem Cæsario Arauficano Concilio secundo anno Domini 524. celebrato interfuit & subscripsit. Cæsarium hic vltimo loco subscriptū, omnino alium esse oportet ab illo magni nominis Arelatensi episcopo, qui cum Eucherio iuniore Arauficanæ secundæ aliisve quibusdam Synodis interfuit, nominis- que sui subscriptione approbavit. Nam tempore huius Concilii Arelatensis episcopus erat Hilarius, de quo supra. Defuncto Hilario non Cæsarius, sed post Rauennium Eonius: atque demum post Leontium, Eonio cuidam Cæsarius successit. Is ergo Cæsarius, qui huic primæ Arauficanæ Synodo subscripsit, non tantum alius est & diuersus episcopus ab eo Cæsario, qui Arauficano secundo aliisve pluribus Conciliis interfuit & subscripsit, verum etiam alterius, quam Arelatensis ecclesiæ antistes extitit. Hæc ex Baronio anno 441. numero 3. & seqq. Item ex eiusdem appendice, quæ extat in fine tomi decimi, ad annum Christi 529. Plura hac de re dicemus infra in notis Concilii Carpentoraënsis, Vasensis, Arelatensis, &c. hinc causam reddentes, cur prædicta Concilia, hæctenus sub Leone collocata, ad tempora Felicis papæ IV. retulerimus.

ANNO
CHRISTI
441.

1^a CONCILIVM ^b VASENSE ^c II.

4^a CONSTITVTIONES SANCTÆ SYNODI habitæ in ciuitate Vasensi ^a apud Auspiciū episcopum ecclesiæ catholicæ, sub die Iduum Nouembrium, Dioscuro viro clarissimo consule, anno Christi ccccxlii. Valentiniani III. Augusti decimo octauo, ^e Leonis I. papæ tertio.

TITVLI CANONVM.

- | | |
|---|---|
| I. <i>Vt Gallicani episcopi superuenientes in Gallis non discutiantur.</i> | <i>nullus petat, sed tantum a proprio.</i> |
| II. <i>De pœnitentibus subito mortuis, vt eorum oblationes recipiantur.</i> | IV. <i>Vt qui oblationes defunctorum retinent, excommunicentur.</i> |
| III. <i>Vt ab alieno episcopo chrisma</i> | V. <i>Vt qui sententiæ episcopi sui non acquieuerit, recurrat ad Synodum.</i> |

ANNO
CHRISTI
441.